



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 26. Bonifacius IX. in Urbani VI. locum eligitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Cardinalitiam, sed etiam pro se facultatem pauperes regni sui Clericos ad quatuor Episcopatus, ac septingenta quinquaginta beneficia nominandi obtinisset, Cardinales Avenionenses Regem induxerunt, ut Imperatori, aliisque Urbani obedientiae olim addictis Principibus scriberet, & Cardinales Italiae moneret, ne novi Pontificis electionem praecipitarent, sed potius cum reliquis praevie sua conferrent consilia. Sed haec quoque cautela omni penitus successu caruit.

§. XXVI.

Bonifacius IX. in Urbani VI. locum eligitur.

Quatuordecim Cardinales Itali Romae morantes, ex quibus non nulli Papatum ambiebant, absque ulteriori mora, nec expectato aliorum consilio, quo a tam praecipiti proposito potuissent absterreri, electionem tumultuario consilio accelerant, veriti, ne alius natione Gallus eisdem obtruderetur. Itaque die 2.
h 5 Novem-

Theod. Uri.

l. 3. dist. 7.

Ciaccon. in

Thoma.

Card.

Niem. l. 2. de

fchi/m. c. 39.

Novembris Petrum seu Perinum Thomacellum, vulgo Cardinalem Neapolitanum dictum, in Pontificem eligunt, virum annos circiter quadraginta natum, ac nobili quidem, sed paupere admodum familia Neapoli ortum. Hic nomen Bonifacii IX. assumpsit. Theodoricus Niem, qui eidem pariter ab epistolis erat, in ejus laude oppido parcus est; Vitio datum, quod in negotiis publicis, & Curiae Romanae stylo crassa laboraret ignorantia, passim ac sine examine omnibus, quaecunque exhiberentur, subscriberet, & potius insatiabili matris ac fratrum suorum avaritiae indulgens, quam propriae cupiditati inhians, simoniae in curia sua exercendae licentiam conniventer permetteret, saepe enim beneficia, aliaque res sacrae impune vendebantur (*).

§. XXVII.

(*) Audiatur Illustrissimi Spondani Epiphonema ad annum 1389. §. 7. *Magis omnino existimo, Niemum (idem intellige de Platina) aliqua re offensum fuisse Bonifacio, aliisque Pontifi-*